



**Fossa Eugeniana quae a Rheno ad Mosam duci coepta est,
anno MDCXXVII ductu Comitum Henrici vanden Berge.**

<https://hdl.handle.net/1874/429440>



Tabula haec 143000^{ae} pars est vnae magnitudinis terrae hic dimensae, omnesque
 et singulae distantiae totidem spatij rursus longiores sunt quam repraesentantur.
 Milliare Germanicum, cuiusmodi quidem gradum conficiunt.

Iter Hone.
 Mille mensurae singulae viginti pedum.
 Palma sine quarta parte pedis Geometricis, quo opus hoc dimensum est.

AMSTELODAMI
 Sumptibus Henrici Hondij.

EXPLICATIO NUMERORUM
 1. Statio Comitatus Henrici vanden Berge. 3. Statio equitum Graez. 6. Statio Palatinorum.
 2. Statio Marchionis S. Angel. 4. Statio Commissarii Generalis. 5. Receptus vulgo Redout.

FOSSA EUGENIANA
 quae a Rheno ad Mosam duci
 cepta est, Anno dno MDCXXVII
 ductu Comitatus Henrici
 vanden Berge.

VIII 22 29

FOSSA S. MARIÆ.

media est Gelra, non abs re visum fuit, pauci eas attingere.

Bercka. Bercka in Ripa Rheni Gallica sita est, oppidum non magnitudine sua, sed belli studiis clarum; quippe modo Hispanis, modo Ordinibus Federatis parere cogitur & exercitus obsidionemque utriusque partis perfert, fama Belli Belgici passim inclaruit.

Gelria. Gelria mediocri quoque sed valida satis. munitum opidum, universo Ducatu nomen fecit, Distat Strala leucis duabus minoribus. Hinc oriundus fuit Gerardus Matthysius vir doctrina clarissimus, ac magnus Aristorelicus; Fuit ibidem & Guilielmus Veldius, Ordinis Divi Augustini eruditus ac venerabilis vir, ut ex variis ejus scriptis hodieque existantibus constat, quem tamen Tritheimius vult fuisse Venloniensem.

Venloa. Venloa sita est ad dextram Mosæ ripam & Strala fessquileuca tantum abjuncta, oppidum adversus bellicos insultus probe munitum. In hoc 1543 dedit se Carolo V. Imperatori Clivæ & Juliaci Dux Ioannes Guilielmus, subsecuta inter utrumque pactione. Anno 1632 in potestatem Ordinum Fæderatorum

venit, ductu Frederici Henrici Arantionensium Principis, &c.

Nec longe à Fossâ occurrunt *Strala & Wachten-donck*. Hac à nostris aliquando stratagemate capta, jam denuo Juris Hispaniensis. Imminet fluvio Niersæ vulgo *de Niers*. Etiam Meursa occurrit Comitatus titulo insignitum oppidum munimine maxime clarum. Vixit hic per annos triginta & ultra virgo quasi, celebris *Anna Vlieg* dicta, quæ tot annorum inædiam credebatur tulisse & absque nutritione vitam incolomis, licet macilentior, traxisse. Verum cum morbo longiore lecto affigeretur jamque cibum poscere, nec egesta abscondere posset, deprehensum illam hætenus non solum patriæ suæ civibus Comitibusque Meursa, verum etiam toti Orbi imposuisse, cui jam persuasum erat, miraculo rem tantâ accidisse. In carcerem compacta à Magistratu fuit, moxque iterum dimissa, quod muliebris fraus ac impostura venia digna judicaretur. Urbs, Comitatusque dominium jam ad Nassovios spectat, & quidem in præsentiarum ad Fredericum Henricum Principem Auriacum.



FOSSA S. MARIÆ

Quæ &

EUGENIANA

Dicta, Rhenum Mosamque inter

Duci capta anno 1628.

Stupenda
aliquot
veterum
effossiones.



Nter miranda ac Stupenda veterum opera, maxime offerri solent, Athos Mons, factus à Xerxe navigabilis; Isthmus Peloponnesiæ à multis periodi capcus nec absolutus; Alpes ab Hannibale aceto divisa; Lucrinus Lacus undecim annis à triginta hominum millibus exsiccatus;

Hispaniarum Regis, ut & Serenissimæ Belgarum Principis Isabella, & Marchionis Spinolæ, ter pala terram egeffit, maximisque captis prælit, cui ordine successit Comes Isenburgicus, & reliqui post Copiarum præfecti, militumque gregiarum turba. Federati-Princepsque Auranfia hoc maxime suæ curæ esse arbi-trati ut opus captum interpellarent, mens Junio anni sequentis, convocato ex limitaneis locis, Arnhermo-puta, Duyfburgo, Zutphania, Daventria, Swolla, Gravia, Heufda, Gertrudisberga, Bergopzomio, equite, nec non quadringentis & ultra sclopetariis, Legiones aliquot in agro Neomagensi coegerunt sub moderamine Stakenbroecky. Quæ commeatu aliquot diebus instructi & tormentis minoribus quatuor, non segni itinere Fossæ locum petiere, alteroque insultu Castellum majus occupaverunt, trucidatis quadraginta, captisque centum præfidiariis militibus, dirutis hic illic cataractis, molis aquariis, subversisque aggeribus, exusti lignis, stipitibusque ad opus illud necessariis, abducentes quoque tormentum aneum Mansfeldio ab hoste ereptum, quin & subtritis aliquot receptum castellis, domum reversæ sunt, contentæ documentum dedisse infeliciter à hoste cepti moliminis. Nec tamen hæc rerum suarum calamitate, & minus felicitibus auspiciis deterriti Hispanienses ab opere destitire, verum novis animis redintegrarunt opus, cui jam fossorum tria millia aut amplius adhibebantur. Quare Ordines affixo passim per agros Gelriæ edicto summa incommoda denunciarunt, quotquot operam suam ad istam rem conferrent, militumque arbitrio operantes omnes permiserunt. Quas minas veluti, terri-culamenta nihil illi morati perexere. Sub finem mensis Junii eo venere lustratum operas ipsa Archidux Isabella, Cardinalis de Queva, & Marchio Spinola comitantibus equitum turmis triginta & sclopetariis bis mille. Mense Augusto centurio Wolfus, collectis hinc inde sclopetariis mille, imperum fecit in Castellum regium, & interfectis quotquot se dedere nolent, injectoque in tugiuria igne, abductis captivis quadraginta & tormentis bellicis duobus, altera jam vice triumphabundi abiere. Intermissis aliquamdiu operis iterum, easdem repetere ceperunt Berckam Gelramque inter, mense Januario, anno 1628. Iamque eo perducta erat Fossa, ut aliquem sui usum promittere videretur. Quamobrem tertio turbatus labor ab incurfante Ordinum equitatu. Ex eo, & Præcipue post captam Vesaliam & in ulteriori Rheni ripa Buri-chium, cum nostrorum excursionibus pateret Fossa, intermissus labor, irritusque magna molientium conatus in fumum abiit, ut jam & hic Belgæ Isthmum perfodere voluisse, veteri proverbio dici possint. Dicta autem fossa ista fuit EUGENIA, quia ISABELLÆ EUGENIÆ auspiciis res cepta. Et ne numen abesset grandi in cepto, appellata alio nomine Fossa Sanctæ Mariæ.

Imitia
operis ali-
quoties ab
Ordinibus
turbata.

In Belgio

Fossa Eugeniensis.

Locus.

Finis Fossæ.

Lucilliana villa, in quam, exciso monte Euripus admittebatur. In Belgio hoc nostro magni atque immensi operis Fossas olim duxere Romani. Ecce tibi Fossam Drusianam, quæ autore Druso Germanico, Rhenum cum Nabalia (jam Isala dicitur) passibus x mille à pago Iseloort, Duyfburgum usque. En alteram illam Corbulonis, quam inter Rhenum Mosamque spatio xxiiii millia passum, uti est apud Tacitum Annalium 2 pro duxit, qua incerta Oceani vitarentur. Celebris quoque est Fossa Civilis, inquam Rhenum affudit, uti hac ratione duplex vallum, sive duplicem fossam adversus Gallia Continentem unde Romanorum olim atque arma metuebat, haberet, & vahalem scilicet, hunc novum Rheni alveum. At hoc nostro tempore simile quiddam molita fuit Archidux Isabella, quæ ingenti spatio, fossam ducere aggressa est, ut Mosam cum Rheno committeret, idque eo loco, ubi Rhenus adhuc unus est, Venloam ac Berckam inter, per Gelriæ & Coloniensis Territorii agros. Et spes erat, si hætenus bene procederet negotium, eam ipsam fossam è Mosa in Demeram, & ex hoc in Scaldim usque, ducendi, ut ferrum, æs, ligna & quæ alia Germanicum fert solum, Batavorum commodis intercepta, in Brabantiam navigarent. Eadem limes interjiciebatur, ne Batavorum eques ut ante hæc sæpe Belgarum extrema quateret, quin & Germaniæ agros cis Rhenum sitos in pabulum prædamque verteret. Admonuerat & Mansfeldii transitus, qui Berckam ad Zomâ obsidiû grave, intercisis jam commeatibus, nondum tamen, ut desperaretur, abrumpere coegerat; ac non ita dudum paria consilia apud Gallos & Britannos sermonibus jactata, præcludendum externis ad hostem auxiliis saltem terrestre iter. Nam quod rumores addiderant posse ex Rheno, ubi nondum bicornis est, aquas in Mosam deduci, ac sic flumina, in qua ille se dividit, præcipua Batavorum munimenta, vadis pervia fieri, situs locorum mire inæqualis adeo refellit, ut ad implendam fossam aqua ex Nersia paulum absisto amne, & quicquid circum humescit colligi, tribusque septis retineri adversus siccitatem debuerit.

Operi tanto se accingere capere Hispanienses vigesimo primo Septembris, anno m. dc. xxvi, ducta fossa quatuordecim pedes lata & pari altitudine, longa miliaria horaria decem. Ad tutelam vero & securitatem operantium extructa castella minoraxxiv, præter alios receptus, minorisque molis turres. Et quidem Comes Herenbergensis omnium primus, nomine Potentissimi

Cum autem Fossa hæc tres urbes exhibeat vicinas, quarum duæ illam terminant Berka & Venloa, una media